NOVAE

REGVLAE CANCELLARIAE APOSTO.
per ſanctiſſimū D. N. D. Iulium
diuina prouidētia Papam.III.
Super gratiis Expectatiuis
per ipſum dandis,
editæ.



Romæ M. D. LII.

Nouæ Regulæ Cãcellariæ

APOSTO. PER SANCTISSIMVM D. N. D. Iulium, diuina prouidentia Papam.III.Super gratiis Expectatiuis per ipſum dandis,editæ.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater,& Dñs noſter Dominus Iulius,diuina prouidentia,Papa.III.qui varias & longas an , & qualiter ab eo gratiæ expectatiuæ concederentur,conſultationes habuit. Tandem,cupiens ſuorum prædeceſſorum inhęrendo veſtigiis,pauperibus & aliis clericis ſecularibus,&regularibus, pſonis in hmõi gratiarũ conceſſionibus, ſe liberalem exhibere,Gratias hmõi cõcedere diſpoſuit, formis contentis in Regulis, & Conſtitutionibus inſtaſcriptis: quas,durantibus gratiis ipſis obſeruari voluit.

¶De expeditione literarum pro pauperibus.

¶IMPRIMIS, voluit idem.D.N. ꝙ pro pauperibus clericis beneficiandis,dentur vſq; ad annum, & non vltra,literæ in ea forma ſecundum quam pro eis tempore fe. re. Martini Papæ.V. ſcribi conſueuit; Videlicet,ad vnum Collatorem, ſaluo ꝙ ſi ad collationẽ Decani,& Capituli,vel Abbatis,& Cõuentus, aut Abbatiſſę & conuentus,impetrauerint:detur clauſula, communiter vel diuiſim:vbi antiquitus dũtaxat dabatur cõmuniter. Et ſi ipſi,iuxta eorum ſufficientiam locentur,per tria bene,aut per duo bene,& vnum cõpetenter,vel duo bene,& vnum debiliter,aut duo competenter in lectura & conſtructione,& vnum male in cantu.Per totam vero Hiſpaniam,& Gaſconiam,habentibus bene legit: com-

petenter conſtruit,nihil cantat,vel habentibus adminus tria, competenter detur ad beneficiũ cum cura .Sed habentibus duo cõpetenter,et ſi vnũ ſit in cantu, detur ad beneficium ſine cura.

¶ Priuilegium pauperum.

¶ Item,idem D.N. cupiens pauperibus clericis prouidere:voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ oẽs & ſinguli,qui ſuas in forma,ſecundũ quã pro pauperibus clericis beneficiandis ſcribi cõſueuit,de beneficijs eccleſiaſticis vacantibus vel vacaturis,literas obtinuerint:In ipſorũ aſſequutiõe beneficiorũ,quæ ſine cura,& nõ Canonicatus , & p̄beñ. vel perſonatus fuerint,ſingulis aliis ibidem beneficia eccleſiaſtica ꝑ literas Apoſtolicas expectãtibus,& tunc beneficia,quorũ fructus,&c. vltra decem Florenos auri de ca.ſe.co.ex.annuatim valeant,pacifice poſſidẽtibus,ſeu penſionem annuam,ſimilis ſummæ,ſuper fructibus,red. & proueñ.eccleſiaſtici s percipientibus,quacunq; antelationũ Prærogatiua munitis,omnino conferantur.

¶ Quis poſſit acceptare in forma pauperum.

¶ Item,ꝙ omnes& ſinguli,obtinentes beneficia.24.librarum,vel ſimilis Monetę cõmuni extimatione valoris annui,ſeu penſionẽ annuã ſimilis ſummæ,ſuper fructibus, redditibus & proueñ.eccleſiaſticis percipientes:& ẽt nõ habentes poſſeſſionem beneficiorũ,in quibus ſe ius habere aſſerunt,vel ſuper quibus litigant,cuiuſcunq; valoris annui,quem non teneantur exprimere;poſſint in cõmuni forma pauperum literas impetrare,ita ꝙ per aſſecutionem alterius,alia dimittere teneantur:& pẽſio ceſſet,& expiret.

¶ Quod pauperes graduati,poſſint habere duas literas.

¶ Itẽ,ꝙ iidem pauperes clerici,ſi graduati ſint, poſſint

habere duas literas in forma gratiæ ſpecialis,fructuū va lore,& aliis beneficiorum qualitatibus non mutatis.

Quod pauperes poſſint locari extra ſuā prouinciam.

Item,ꝙ ipſi pauperes extra ſuam Prouinciam locari poſſint,ſi ibidem per ſex annos moram traxerint,& etiā in aliis dioc.vbi ſuam perpetuam elegerint manſionē,& ꝙ caueatur in literis,ꝙ per procuratores acceptare , & ſibi prouideri facere poſſint.

Prærogatiua pauperum in Rom. Curia

Item illis,qui tanto tempore in Romana Curia reſe derint,ꝙ ibidem,de laudabili vita,& honeſta cōuerſatio ne eorū conſtare poteſt;dentur Exequutores in Curia; alioquin extra Curiam,cum clauſula,quatenus ipſi , vel duo,aut vnus eorum,&c.

Item,voluit,ꝙ per fiat vt petitur,dentur duæ Collatio nes,&c. Et cum clauſula,ſi petatur,ēt ratione dignitatū perſonatuū, adminiſtrationū,&officiorꝫ,quæ ibidē ob tinent,& in partibus Italiæ,totidem beneficia eccleſia ſtica,ēt ſi alterum eorꝫ Canonicatus,& præbeñ.Eccleſię Cathedralis fuerit,& in aliis partibus vnū duntaxat be neficiū.Quodq; Canonicatus,& pbeñ. cū Præſtimoniis, præſtimonialibus portionibus,obligiis,additamētis,fer culis,& ſupplementis vnius Canonici cedentis,vel dece dentis.Quorū quidē Præſtimoniorū , &c. ſi pro Magi ſtris licentiatis,Baccalariis formatis in Theologia , aut Doctoribus,vel cū rigore examinis licētiatis in iure Ca nonico,vel Ciuili,ſeu magnis Nobilibus .L X. Et ſi pro aliis,gratiæ huiuſmodi fuerint,30.librarum Turoneñ. par vel tantūdem in alia moneta,fructus,&c.ſe com.ex. va.an.non excedant,& ēt Canonicatus & pbeñ. necnon dignitas,vel Perſonatus,&c. Cathedralis,ſeu Collegiatę eccleſiæ,pro vno beneficio computentur.

Item,ꝙ loco verborum,cum pręſtimoniis, &c. nō po

ponantur verba,et præſtimonia,&c.

¶Item,q pro Religioſis,literæ ſuper Expectatiuis gratiis non expediatur, niſi particularis,& extra rotulum, ſignatura deſuper ſuffragetur.

¶De beneficiis,quæ conceduntur Vltramontanis.

¶ITEM,in partibus Vltramōtanis,extra Daciam,Suetiam,Noruegiam,Scotiam,Angliam,& Hiberniā,nullis, niſi Magiſtris Licētiatis Baccalariis formatis in Theologia,aut Doctoribus,ſeu cū rigore examinis licētiatis in iure Canonico,vel Ciuili,aut in Artibus,q poſt ſuorum in illis graduum ſuſceptionem,per bieniū rexerint ſeu ſtuduerint,vel in Medicina Magiſtris,aut qui per ſex annos ſtuduerint in altero ex iure huiuſmodi, Baccalariis,vel Apoſtolicæ Sedis Officialibus, & Nobilibus, ac de militari genere procreatis,ac nepotibus & cōſanguineis S. R. E. Cardinalium, detur per Expectatiuas ad Canonicatus, & præben. dignitates, &c. Cathedralium eccleſiarū; vel qui deſuper a Sanct.ſua,per reformationem,vel aľs,habuerint Signaturam ſpecialem.

¶¶De Taxis in beneficiis.

¶Item, Magiſtris, Licentiatis, Baccalariis formatis in Theologia,ac Doctoribus in iure Canonico, vel Ciuili, magnis Nobilibus,in Canonicos alicuius eccleſiæ creari,ſeu ad vnam dūtaxat collationem Expectatiuam gratiam ſibi concedi petentibus, detur ad vnum beneficiū cuiuſcunq; taxæ.

¶Item,Magiſtris,& Baccalariis formatis in Theologia, ac in iure Canonico,vel Ciuili Doctoribus,vel Licentiatis,ac in Medicina,et Magiſtris in Artibus,quo ad taxationem Decimæ, ad medietatē reductis:ſi cū cura.lxxx & ſine curr.lx.Sed in aliis nō reductis:ſi cum cura.cxx.ſi vero ſine cura.lxxx. librarū Turoneñ.par.ſe.tax.deciæ

¶Itē, Baccalariis in Theologia,nō formatis,magiſtris ī Artibus,ac in iure Canonico vel Ciuili Baccalariis,& in

Medicina licentiatis,in partibus reductis, ſi cũ cura.lx. & ſi ſine cura.xl.Ac in nõ reductis,ſi cũ cura.c.& ſi ſine cura.lxx.librarũ Turoneñ.par.ſe.tax.prædictam.

¶Itẽ,ſecularibus non graduatis, in partibus reductis, ſi cũ cura.xl.& ſi ſine cura.xxx.ac in aliis non reductis, ſi cum cura.lx.& ſi ſine cura.xl.librarum Turoneñ. par. ſe.tax.prædicta.

¶Item,regularibus graduatis,& non graduatis,in partibus reductis.lx.& non reductis.lxxx.librarum Turoneñ par.ſe.tax.prædictam.

¶Itẽ in Alemania,cum argenti,necnõ in Anglia,Scotia, & Hibernia,cum Ster. Marchis,detur ſecularibus magiſtris,& Baccalariis formatis in Theologia,ac in iure Canonico vel Ciuili,Doctoribus,& Licentiatis,ac in Medicina,etiam Magiſtris:ſi cũ cura.xxxv.& ſine cura, Vigintiquinq;,Baccalariis vero in Theologia non formatis, magiſtris in Artibus,ac in iure Canonico vel Ciuili Baccalariis,& in Medicina Licentiatis, ſi cũ cura.30.& ſine cura.25.& aliis nõ graduatis,ſi cũ cura,25.& ſine cura 18.necnõ regularibus.30.Mar.ſe.tax.prædictam.

¶Itẽ in Italia,& Hiſpaniarum Regnis,non graduatis, ſi cum cura.60.& ſine cura.40.Flor.auri,ſe.tax. De graduatis vero,quemadmodum ſupradictum eſt.

¶Itẽ in forma pauperũ in partibus Gallicanis reductis, ſi cũ cura.30.& ſine cura.25.Et non reductis vero, ſi cũ cura.L.& ſine cura.30.In Italia autẽ Hiſpania,& Aragonia:ſi cum cura.40.& ſine cura.25.librarum Turoneñ. par.In Alemania,ſi cum cura.20.& ſine cura.15. Mar. argẽti.In Anglia vero,Scotia,& Hibernia,ſi cũ cura.30. & ſine cura,20.Mar.Ster.ſe.tax.prędictam.

¶De derogatione ſtatutorum Eccleſiamrũ Cathedralium.

¶Item,ꝙ priuilegiis,ſtatutis,ſeu cõſuetudinibus de optando,vel aſſequẽdo maiores,aut alias ꝑbeñ. vel nõ obtinẽdo ꝑ illos,qui Canonici Cathedraliũ eccleſiaꝝ,aut in eis beneficiati nõ fuerint,Pręſtimoniis,pręſtimonialibus

portionibus,ſeu ſimplicibus beneficiis,& nno recipien-
dis illegitimis,& duntaxat graduatis:nullatenus deroge
tur,niſi ſeorſum ſufficiens Signatura habeatur.

¶ Doctores,&c.præferantur aliis in parochia-
libus Eccleſiis.

¶ Itē,ꝙ magiſtri Licentiati,Baccalarii formati in Theo
logia,necnon Doctores,ſeu cū rigore examinis licentia
ti,in iureCanonico,vel ciuili:reliquis ēt ſub pari vel ma
iori data expectantibus,in aſſecutione parochialiū Ec-
cleſiarū habentium communi,quæ ſecundum formā pu
blicā attendatur,æſtimatione duo millia cōmunicantiū
omnino præferantur.

¶ Qui poſſint obtinere dignitates.

Item, ꝙ in partibus Vltramontanis, dignitates, licet
maiores,vel principales non ſint:ratione quarū,eas ob-
tinentes pro tempore,Capitulis præeſſe, & ſingularum
perſonarum ibidē exercere curā animarum habuerint[:
p alios,quā magiſtros licētiatos,ſeu Baccalarios forma-
tos in Theologia,aut Doctores,ſeu licētiatos in iure Ca
nonico, vel Ciuili, aut Medicina, vel artibus, qui poſt
ſuorum in eis graduum ſuſceptionē,per triennium re-
xerint,vel ſtuduerint:magiſtros,aut Apoſtolicę ſedis of
ficiales,vigore ſeu ꝑtextu literarum] ſuper expectatiuis
gratiis conceſſarum,acceptari non poſſint.

¶ De non examinandis.

Item,Doctores in iure Canonico,vel Ciuili,& in Theo
logia, vel in Medicina,ac in Artibus magiſtri:necnon in
aliquo ex iure vel Theologia huiuſmodi licentiati, &
Baccalarii:non examinentur.

Hoſpitalia,non comprehendantur.
ſub Expectatiuis.

Item,Hoſpitalia,domus Leproſorum, aliaq; pia loca,

necnon laicis aſſignari ſolita,& clauſtralia Officia: ſub Expectatiuis gratiis minime compræhendantur.

¶Extra nationem ſuam,nulli liceat impetrare gratiam Expectatiuam.

¶Item,nulli gratia Expectatiua extra ſuam nationem cōcedatur,niſi idioma:quod cōmuniter homines loquuntur,ibidē intelligat,& intelligibiliter loqui ſciat:alioquin gratia huiuſmodi ſit nulla.

¶Nullus valeat acceptare,literas non expeditis

¶Item,nullus vigore gratiæ Expectatiuæ, ſeu ſpecialis reſeruationis,ſeu reualidatiōis,vel extēſionis,eius literis deſuper non cōfectis:aliquod beneficium acceptare,vel aſſequi valeat,& alias acceptatio huiuſmodi,nullius ſint roboris vel momenti.

¶De non habendo duas Expectatiuas.

¶Item,voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ nullus duabus gratiis Expectatiuis,ſeu ſpecialibus reſeruationibus,aut Expectatiua,& ſpeciali reſeruatione ſimul,ēt ſi ambæ, vel altera earū,Motu proprio,ſeu alſs,quomodolibet cōceſſę fuerint,niſi vna illarū tēpore datæ conceſſionis alterius conſumpta extiterit,vti poſſit.Sed ſi tales due grǣ, altera nō cōſumpta,ſibi cōceſſæ fuerint,& expeditis ſuper vtraq; illarum literis Apo.in expeditione literarū, q̄s poſtremo expediri fecerit:mentio de prima facta nō fuerit vl'nō elegerit,ſeu mentē ſuā,ſuper hoc, qua gratiarū hmōi vti voluerit,in p̄ſidētia cancel. apo. ēt corā ipſius Cancel. Notario nō declarauerit:effectu careat vtriuſq; gratiarū earundem.

¶De beneficiis ſeruitoriis non acceptandis.

¶Item,ꝙ nullus,vigore cuiuſcunq; gratiæ Expectatiuæ, p ipſum Dn̄m nr̄m,ſibi de Canonicatu,cum reſeruatiōe præben̄. aut dignitatis, perſonatus, adminiſtrationis, vel officii:necnon Præſtimoniorum, præſtimonialium

portionũ,& ſimplicium beneficiorum,ſub quacũq; verborum forma cõcedendæ,aliquod ſeruitorium beneficium acceptare,vel de illo ſibi prouideri facere poſſit: Decernens irritum,&c.

¶ De beneficiis reſeruatis.

¶ Itẽ,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ nullus vigore cuiuſuis gratię Expectatiuę,quodcũq; beneficium eccleſiaſticũ Apoſtolicæ diſpoſitioni generaliter reſeruatum,vel ex generali apoſtolica reſeruatione affectum,etiã ſi alʼs,ſub huiuſmodi gratia compræhẽdi videretur,acceptare,& de illo ſibi prouideri facere poſſit,ſiue debeat: Decernens irritũ,& inane,quicquid ſecus contigerit attentari.

¶ De inſinuatione,& publicatione.

¶ Itẽ,voluit,& ordinauit,quod quicũq;,vigore gratiarũ Expectatiuarum aceptauerit quæcunq; beneficia ſecularia,vel regularia,cum cura,& ſine cura,etiam ſi Canonicatus,& præbeñ.ac dignitates,pſonatus,adminiſtrationes,vel officia fuerint,teneãtur,& debeãt infra vnius mẽſis ſpatiũ,a tẽpore huiuſmodi acceptationis cõputãdũ, de huiuſmodi beneficiis per eos,vt pfertur,acceptatis: ſibi per ſuos Executores,vel Subexecutores facere prouideri,alioqn,lapſo dicto menſe huiuſmodi,acceptationes per eos factæ,ac q̃cunq; indeſecuta,quo ad numerũ & qualitatẽ beneficiorũ,quæ acceptationes cõcernerẽt vel concernere poſſent:eo ipſo,ſint caſſa,& irrita,nulliuſq; roboris vel momẽti. Et ꝙ infra tres mẽſes a die prouiſionis huiuſmodi extũc immediate ſequẽtes:teneãtur huiuſmodi acceptationes in loco beneficii huiuſmodi publicare:alʼs,gratia,acceptatio,& prouiſio huiuſmodi, ſint nullę:Necnõ a tẽpore publicationis earũdẽ,acceptationes,prouiſiones,& publicationes huiuſmodi, ipſorũ poſſeſſoribus beneficiorũ,ſi qui fuerint a die quo intruſi extiterint,infra annũ intimari facere,vel ſuper iure(ſi quod eis in dictis beneficiis cõpeterẽ putauerint)iudicialiter experiri debeãt,& teneãtur,alioqn, ſi poſtmodum ipſis indictis beneficiis ius cõpetiiſſe conſtiterit:gratiæ,

quo ad numerũ & q̃litatẽ beneficiorũ huiuſmodi;necnõ acceptationũ.& prouiſiões p̃dictæ, nullius ſint roboris, vel momenti,p̃ſentes tamen,in Romana Curia publicationes huiuſmodi,in Audiẽtia Contradictarũ,p Auditorem eiuſdẽ,vel tẽpore vacationũ,& quotiens huiuſmodi Audiẽtia nõ tenetur,in Cãcellaria Apoſtolica, corã inibi Præſidẽtibus,p illius Notariũ fieri facere poſſint.Cui quidẽ Notario pro tẽpore rogato,vt Protocollũ, duo bollẽdini,& inſtrumẽti deſuper cõficiat:quatuor groſſi Turoneñ.ſoluãtur,de quibus merito cõtẽtetur:nec aliquid,vltra,ſub pœna perditionis emolumẽtorũ Officii, ſeu Notariatus Cameræ Apoſt.applicãdorũ,p tres mẽſes,quotiẽs ſecus fecerit,petere aut recipere p̃ſumat.Ac decreuit idẽ Dominus noſter,ſi dictos acceptãtes in habendis prouiſionibus,ac faciẽdis publicationibus huiuſmodi deficere,vel negligẽtes eſſe cõtigerit:q̃ locorũ ordinarii,ad quos id al's,pertinuerit,de dictis bñficiis,poſt p̃fatos mẽſes diſponere poſſint,perinde,ac ſi gr̃æ prædictæ,etiã cũ decretis irritãtibus,nullatenus emanaſſent.

De menſibus ordinariorum.

¶ Item,vt Prælati,& aliæ perſonæ eccleſiaſticę,ad quos dignitatũ,& aliorũ beneficiorũ eccleſiaſticorũ collatio, prouiſio,præſentatio,electio,ſeu quæuis alia diſpoſitio ptinet,ab eodẽDomino noſtro,gratias,& fauores reportaſſe dignoſcãtur:Ipſe Dominus noſter,Prælatis, & perſonis p̃dictis,vt de quibuſuis dignitatibus,perſonatibus adminiſtrationibus,officiis,Canonicatibus,& prębendis necnõ quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis, cũ cura & ſine cura ſecularibus,& quorũuis ordinũ regularibus,ad eo℞ collationẽ, prouiſionẽ,pręſentationem, electionẽ ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus, quæ infra quinquennium,a Caleñ. Februarii,Põtificatus ſui Anno Secundo, cõputãdũ. In Martii.Iunii, Septẽbris, & Decẽbris,mẽſibus,vacare contigerit: dũmodo diſpoſitioni Apoſtolicę generaliter reſeruata,ſeu ex generali

apoſtolica reſeruatione affecta non fuerint,perinde ac ſi a ſede apo. vel Legatis eius,gratię expectatiuæ,aut ſuper illis reſeruationes nõ emanarẽt,ordinaria aũcte libere diſponere poſſint,cõceſſit,& decreuit:Irritũ,& inane &c.

De pluribus in eadẽ Eccleſia expectantibus.

Item,idem.D.N.Prædeceſſorum ſuorum ſimiliter veſtigiis inhærendo: Voluit ſtatuit,& ordinauit,ꝙ vbi plures ad eandẽ eccleſiam,vel collationem &c.ſub eadẽ,vel diuerſis dat.expectantes fuerint,ẽt habẽtes inibi de maiori,vel æquali dat.gratias,minus tñ ꝓgatiuas, ſub illis alias cõpræhenſa beneficia,iuxta formã literarũ deſuper cõfectarũ,acceptare,& de illis ſibi prouideri facere valeant: Et ſi ex ipſis ſic acceptantibus,qui in aſſecutione quolibet potiores erãt,in faciendis publicationibus,intimationibus,ſeu aliis requiſitis diligẽtiis defecerint, reliquorũ,qui huiuſmodi diligentias fecerint,acceptationes,& prouiſiones,ſuũ ſortiãtur effectũ, ꝑinde ac ſi deficientes in faciendis diligentiis huiuſmodi qui potiores erãt,illa minime acceptaſſent, nec cenſeantur beneficia huiuſmodi ſic acceptata,ex pſonis eorundẽ acceptantiũ,& ſuas acceptationes,nõ publicantiũ ,vel nõ intimantiũ poſſeſſoribus eorundẽ,ſeu alẽs diligentias nõ facientium,vt tenebantur,quouis modo vacare.

De Motu proprio.

Item,idem .D. N. ſuadentibus certis rationabilibus cauſis: Voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ in Expectatiuis gratiis,illarũq; extenſionibus,reualidationibus,& collationum mutationibus,ꝑ ipſum de cætero concedendis, ac deſuꝑ conficiendis literis,verba proprii Motus,quo ad beneficia in antea vacatura,nulli, cuiuſcunq; dignitatis ſtatus,gradus,& conditionis fuerint, quomodolibet ſuffragentur,niſi ſolũ & duntaxat ad tollendũ,& excluden

dum ſurreptionem literarum earundem.

¶Reuocatio Expectatiuarũ, Mandatorum, Reſeruationum, & Indultorum.

¶Item, idem D. N. intendens huiuſmodi gratias Expectatiuas, ſecundum Conſtitutiones, & Regulas ſupradictas in kal. Feb. prox. fu. concedere: vt ipſi expectãtes, ex eorum gratiis Expectatiuis fructũ reportare poſſint, & ne ꝑtextu aliarum gratiarum, tã ꝑ Sanct. ſuam, quã al's quomodolibet conceſſarum, impediantur: ex his, & certis aliis rationabilibus cauſis, certas alias Cõſtitutiones, ſiue Regulas reuocatorias ſpecialiũ reſeruationũ, & cõferendi facultatum, ꝑ Sanct. ſuam editas, & in Cancellaria Apo. diuerſis tẽporibus publicatas, innouando: Omnia, & ſingula Expectatiuas, & alias gratias, citra acceſſus & regreſſus, ac de cõſenſu coadiutorias, ad vacatura beneficia, earumq; mutationes, extenſiones, & reualidationes collationũ, ẽt ſi qui ꝑ eas in canonicos ſub expectatione ꝑbẽdæ, vel portionis, creati vel recepti fuiſſent, ac (ꝑterquã ſup quibus ꝑ Cance. Apoſt. literæ in forma ſolita expediri cõſueuerunt) ſpeciales reſeruationes, necnon Mandata de prouidẽdo, ſeu cõmendando, ſeu alias diſponendo (non tñ in forma Capituli mandatũ in Frãcia) in fauorẽ quorũcunq;, & quibuſcunq; ẽt. S.R.E. Car. ac Collegiis, ẽt de conſenſu ordinariorum Collatorum & alias quomodolibet, necnon nominandi, reſeruandi, & cõferendi, ac alia quæcunq;, facultates, & indulta, Car. & aliis perſonis, de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis certarum Ciuitatum, & dioc. in quibus ipſi non erant, nec vnquã fuerant veri ordinarii Collatores, ſed de ipſorũ ordinariorum conſenſu, aut etiam ſine eorum conſenſu ſeu ſede Epiſcopali, vel etiam Archiepiſcopali vacante, diſponendi, aut Vicarios perpetuos: ſeu temporales, qui etiam eiſdem Cardinalibus huiuſmodi beneficia conferrent, vel commendarent deputandi etiam ſi ipſi Vicarii per quoſcunq; Ro. Pont. prædeceſſores ſuos, vel etiam

per ſanct.ſuã deputati fuiſſent,et perinde ac ſi veri & nõ ficti inibi ordinarii Collatores eſſent,et cum decreto,ꝙ diſpoſitiones de eiſdem beneficiis,abſq; ipſorũ Cardina liũ,vel perſonarum cõſenſu pro tẽpore factæ,nullius eſ ſent roboris vel momenti:necnon eiſdẽ Cardinalibus, tam ordinariis,q̃ nõ ordinariis,conferendi beneficia ec cleſiaſtica,quo ad beneficia,ad aliorũ inferiorũ collatio nem,prouiſionem p̃ſentationem,electionem,ſeu quãuis aliã diſpoſitionem,de iure,vel conſuetudine,& al's quo modolibet ſpectantia duntaxat,et ſi illis de eorundẽ in feriorũ conſenſu conceſſa fuiſſent;ac et quibuſuis Apo ſtolicæ ſedis Legatis de latere,et ſi dictæ Rom̃.Eccl'.Car dinales fuerint;& Nunciis,et cum poteſtate Legati de la tere:necnon fructuũ & prouen̄.Cameræ Apoſtolicæ de bitorum Collectoribus,in quibuſuis Regnis,Prouinciis & Dominiis,tã citra,q̃ vltra mõtes deputatis,ac quibuſ uis Patriarchis,Archiepiſcopis,Epiſcopis,Prælatis,& p̃ ſonis,etiã ordinariã collationem , ſeu aliã diſpoſitionẽ beneficiorum eccleſiaſticorum,de iure, vel cõſuetudine habentibus,diſponendi quomodolibet de beneficiis ec cleſiaſticis,et diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſer uatis ſeu affectis,necnõ Alternatiuas,& Indulta quæcũq; Pręfatis,& aliis p̃ſonis p̄dictis,'nõ tamen in fauorem na tionũ ſuper conferendis p eos,et quoad vixerint,bene ficiis eccleſiaſticis,ad eorum collationem,prouiſionem, p̃ſentationem,electionem, ſeu quãuis alia diſpoſitionẽ, cõmuniter vel diuiſim,p̄tinentibus,in ſex alternatis, aut aliis anni menſibus vacaturis,tam per Prædeceſſores p̄ fatos quã p eãdem Sãctitatem ſuã & dictę ſedis Legatos, ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis,ac cũ quibuſuis de clarationibus,atteſtatiõibus,& a reuocationibus,p̃ſerua tiuis,aliiſq; efficacioribus & inſolitis clauſulis ,'necnon irritantibus,& aliis efficacioribus,et vim cõtractus ĩndu centibus,decretis,et motu proprio,'& ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,& ex quibuſuis, et vrgẽtiſſimis cauſis,ac quauis cõſyderatione hactenus

cóceſſas,& conceſſa:quorū omniū tenores,& formas,ac decreta in illis appoſita.S.ſua haberi voluit pro expreſ ſis,quo ad ea in quibus nondū erát ſortita effectū ex die publicationis præſentium Conſtitutionum, prout ex Klend. Feb. prox. fu. & econtra, reuocauit,caſſauit, & annullauit:ac quicquid prætextu gratiarū reſeruationū mandatorum, facultatum, indultorum, & alternatiua rum reuocatorum huiuſmodi, poſt Klend. prædictas contigerit attentari: irritum, & inane decreuit, ſtatuto, ordinatione, decreto, & declaratione ſuis in craſtinum aſſumptionis ſuæ editis, quibus voluit Card. in conſtitutionibus,per eum imposterū edēdis,& publicandis,non cópręhendi,niſi illæ eorum fauorē concernerent,vel ipſæ conſtitutiones de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum conſilio editæ forent nequaquam obſtantibus.

¶De Prælationibus,ſiue Prærogatiuis in gratiis Expectatiuis.

¶Item,idem Dominus noſter,intendens,ꝙ Prelationes ſiue Prærogatiuæ,in eccleſiaſticis beneficiis,vigore gratiarnm Expectatiuarum aſſequendis(iuxta perſonarum conditiones,& merita)moderentur: Statuit,decreuit, & ordinauit,ꝙ inter habentes gratias Expectatiuas huiuſmodi: Nobiles,de Ducum,Marchionū,& Comitū generē qui reputantur Illuſtres,& Officiales Apoſtolicæ Sedis infraſcripti,videlicet,Referendarii:Prothonotarii:Participantes:literarū Apoſtolicarū Correcto, eiuſdē ſedis Subdiaconi numerarii:cauſarū Palatii Apoſtolicij Auditores:Cameræ Apoſtolice Clerici:ſimiliter numerarii & participantes:Curiæ cauſarū dictę Cameræ Auditor: Abbreuiatores de maiori parco,ſua officia actu exercētes,Scriptores Aapoſtolici,omnibus aliis qualitercunq;

receptione,vel,creatione,in Canonicos non obſtāte,po-
tiores exiſtant. Alii vero Nobiles, ex inferiori Nobiliū
genere;magiſtri in Theologia:Doctores in vtroq; vel al-
tero iuriū,qui fuerint graduati in aliqua Vniuerſitate
Studii generalis:necnon familiares ſuæ Sanct.nō deſcri-
pti;qui erant veri familiares,cōtinui Cōmenſales,tēpor.
ſuæ aſſumptionis ad ſūmū Apoſtolatus apicē: omnibus
aliis,et creatis,vel receptis in Canonicos,aut diligētiori-
bus,in proceſſu ſimiliter pferantur.Cæteri autē, magi-
ſtri,& Baccalarii formati;in Theologia Doctores, cū ri-
gore examinis,licentiati in altero iuriū,necnon in Me-
dicina,& in Artibus magiſtri,qui poſt ſuſceptū gradum
aliquibus ānis legerint;& in Hiſpaniis in altero iurium
Baccalarii;qui in ſimili ſtudio ſex annis ſtuduerint,nec-
non alii familiares continui Cōmenſales ſuæ Snct. non
deſcripti,qui ad familiaritatē,poſt aſſūptionē hmōi. ve-
nerunt,& venient , & duodecim familiares ſingulorum
S.R.E.Card.p eos nominandi,& in lib.Cancel.Apoſt.
deſcribendi,pariformiter omnibus aliis pferātur.Inter
ſe aūt ſi cōcurrant ipſi graduati,& familiares vltimo lo-
co ſcripti,ius cōmune ſeruari voluit. Et ſi oēs & ſinguli
graduati ſupradicti inter ſe concurrant (ſeruato tū or-
dine ſupradicto)magis graduati,minus graduatis, & in-
ter ſe æqualiter graduatos,prius graduati,& ſimiliter in
ter oēs & ſingulos ſupraſcriptos,alios ī quālibet ſui par
te eos reſpectiue cōcernente,inter ſe cōcurrentes;magis
qualificati,minus qualificatis pariformiter pferantur.
Ipſi tū familiares ſuæ Sanct.ſupradictis.12.familiaribus
Card. cęteris paribus,pferantur:& q inter oēs,& ſingu-
los ſupradictos,& alios quoſcunq;,cęteris paribus,pſen-
tes in dicta Curia,qui eā p ſex mēſes ante vacationē be-
neficiorū ſequuti fuerint;ſi tū admiuus in Artibus ma-
giſtri,vel in aliqua facultate Baccalarii,vel de nobili ge
nere procreati extiterint;abſentibus ab eadē, et quali-
tercūq; graduatis extra Vniuerſitates locorū,in quibus
et ſtudiū vigeat generale,& inter pſentes ſimul inter ſe
concur

concurrentes,vel abſentes inter ſe,nō beneficiati,benefi cia quomodolibet obtinentibus,pariformiter ꝑferan- tur;ſaluis ꝓrogatiuis,& antelationibus,certis ſuis fami- liaribus,continuis Cōmenſalibus,antiquis & deſcriptis, ꝑ eundē.S.D.N.alias conceſſis:quibus ꝑ hanc Conſtitu- tionē noluit in aliquo derogari.

¶ De mutationibus collationum Expectatiuarum &c.

¶ Item,idem D.N.attendens in mutationibus collatio num,priores collationes,quæ mutātur de cōſenſu eorū quibus gratiæ ipſæ cōceſſæ ſunt,prius caſſari,& annul- lari cōſueuiſſe:ac volēs fraudibus obuiar̄:Voluit,ſtatuit & ordinauit,ꝙ expectantes Apoſt. teneantur in ſuppli- cationibus mutationū collationum,gratiaꝝ Expectati- uaꝝ,eis ꝑ S.ſuā concedendaꝝ, et Motu proprio pro tē pore ſignatis,exprimer̄,ſpecifice & nominatim, collatio nes,ad quas mutationes fient,ac caſſationi, & annulla- tioni prioꝝ collationum,quæ mutabuntur, in Cancel. vel Cam.Apoſt.corā illius Notario expreſſe conſentire & cōſenſum ipſum,infra triduū,a die ꝑſtationis eiuſdē cōputandum,in libro Cancellariæ,ſeu Cameræ ꝑdictæ annotari facere;nec dictæ mutationes collationū,alicui ante huiuſmodi conſenſus ꝑſtationē,& annotationem, ſuffragari debeant,neq; literæ,ſup eiſdē mutationibus collationū,vigore Supplicationū,in quibus collationes ad quas mutationes fient,nō erunt ſpecifice,& nomina- tim expreſſe , aut ſine annotatione dicti cōſenſus a ter-

ſuper particularibus beneficiis tunc vacantibus,niſi acceptantes ipſi,ſic factas generales acceptationes,& prouiſiones,p ſeipſos,ad particularia beneficia tunc vacantia,ſpecificauerint,& mēte ſuā,ſuper hoc declarauerint p Notarios inde rogatos,cōfici nequeant,nec ex generali acceptatione p quēcunq; poſtea defunctum,& prouiſione ſibi,dū viueret,in genere factis,ad ſpeciē,& particulare beneficiū,quouis ptextu deueniri poſſit:ſed argumenta,p quæ de mente defuncti cōſtare poſſit;in iudicio deduci debeant:Decernens irritū,& inane,ſi ſecus ſuper his,a quoquā:quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter cōtigerit attentari.

De excuſatione Proceſſuum grãꝝ Expectatiuarum.

Item,pfatus D.N.ad obuiādum fraudibus, quæ olim in cōcurſu proſequētium expeditionē literaꝝ gratiaꝝ Expectatiuaꝝ,circa decretum Proceſſuum ſuper illis cōmitti cōſueuerant;& vt literæ gratiaꝝ earundē debite expeditæ appareāt: Voluit,ꝙ in prima expeditione literaꝝ eiuſmodi:Executores in illis deputati, qui tunc erunt in Palatio Apoſt.ad decernendum Proceſſus, ſup illis parati,poſſinc eiuſmodi Proceſſus decernere facta ſolum verbali literarum earundē pſentatione:& ꝙ tam ſuper illis, quaꝝ Executores ibidē tunc erunt, quā ſup aliis literis in prima expeditione huiuſmodi tunc expeditis.R.D.Nicolaus Eps Balneoregieñ. Sact. ſuæ Datarius,poſſit Proceſſus literāꝝ primæ expeditionis huiuſmodi,perinde ac ſi i ſingulis literis pdictis Executor deputatus fuiſſet,ſimiliter abſq; earundē literaꝝ actuali pſentatione,decernere;ita tñ,ꝙ ii,quos Proceſſus ipſi cōcernunt;debeant decreto Proceſſuū huiuſmodi, per ſe, vel procuratores ſuos,ad hoc ſpecialiter cōſtitutos,intereſſe:& de eodē decreto,aliquē ex ſcriptoribus Archiuii Rom. Cu. & teſtes ibidē pſentes rogare,& nullus ex eiſdē Scriptoribus(niſi decreto Proceſſuum huiuſmodi

interfuerit,& ſic rogatus extiterit) eoſdē Proceſſus, ſub pęna falſi, ſubſcribere præſumat. Et ne propter nō actu alem pſentationem literaꝝ prædictaꝝ, de viribus Proceſſuum eiuſmodi hæſitari contingat imposteꝝ: neue aliqui, vt alios ſupplantent, ea die in decreto Proceſſuū procurrent alios præuenire, & anteriori dat. decretum ipſum obtinere, & in eiſdem Proceſſibus, horam annotari facere, ac præter voluntatē ſuæ Sanct. commodum reportent: Voluit, ſtatuit, & ordinauit proceſſus, per ipſum Nico. Epm & Datarium, ac alios Executores prædictos, in dicta prima expeditione, decernendos, eiſdem hora, & momento, cenſeri debere eſſe decretos, quāquā ex tenore eoꝝ, vel alias, appareret aliquos ex eis, anteriori hora, vel momento, quā alios decretos & expeditos fuiſſe; ac dictos proceſſus, valere, ac eundem effectū ſortiri debere, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dictus Nicolaus Eps & Datarius vnus ex Executoribus dictarum litterarū, & in eis deputatus fuiſſet. Et ꝙ proceſſus ſic decernēdi ſeo ptextu, ꝙ literæ ipſe Nicola. Epo & Datario & Executoribus pdictis, vel alicui eoꝝ, per illos, quos concernunt, actualiter præſentatæ non fuerit nullatenus infringi, aut impugnari poſſint: ſed perinde ſortiantur effectum, ac ſi literę ipſæ per eos ſingulariter & actualiter præſentatæ eſſent: ipſiq; proceſſus, præcedente earundem literarum, actuali præſentatione, & illarum forma ſeruata, decernerentur. Quodq; Executores quicunq;, in dictis literis nominati, etiam qui tempore dicti decreti abſentes erint; proceſſus in forma debita & conſueta, dnmmodo per aliquem ex dictis Scriptori

ri poſſe,vel debere ac Proceſſibus pro illis pſonis,quoꝝ nomina non fuerint in Rotulo ſuæ Sanctitatis deſcripta,deceruendis,nullā fidem adhibendā fore , niſi vltra ſubſcriptionem Scriptoris,& appēſionē Sigilli Archiuii huiuſmodi per dictum Nicolaum Epm & Datarium , in eoꝝ calce,per hæc verba,videlicet,Nicolaus Eps Balneoregeñ. Datarius,ſubſcripti fuerint,& iuxta huiuſmodi ſtatutum,ordinationē,& voluntatē ſuæ Sanct.per quoſcunq; Auditores,& Iudices,et .S.R.E.Card.in quacunq; cauſa,& quauis illius inſtantia,ſententiari,diffiniri,& iudicari debere: Sublata eis,& eoꝝ cuilibet , quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate:irritū quoq; & inane,ſi ſecus,ſuper his,a quoquā,quauis auctoritate,ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari.

37 ¶ Moderatio Indultorum,quo ad expectantes.

¶ Item,idem.S.D. ad hoc,vt pauperes,& alii clerici,gratias Expectatiuas,eis per ſuā Sanct: pro tēpore conceſſas proſequentes;ex gratiis,huiuſmodi fructum reportare poſſint : Omnia & ſingula Indulta,S.R.E. Card. per quæ eis,tā per Sanct. ſuam ,quā alios Rom. Pont. ſuæ Sanctitatis pdeceſſores,conceſſum fuerat, vt ipſi Card. de Eccleſiis,Monaſteriis,dignitatibus,perſonatibus,adminiſtrationibus,Officiis,Canonicatibus,& præbeñ. ac aliis beneficiis eccleſiaſticis,cum cura,& ſine cura , ſecularibus,& ordinariū quorumcunq; regularibus, ad eoꝝ prouiſionē,collationē,pſentationē,electionem : inſtitutionem:ſeu quāuis aliam diſpoſitionem:cōmuniter vel diuiſim:ratione Eccleſiaꝝ:quibus perant: & titulorum ſuoꝝ Cardinalatus:ac Monaſterioꝝ:Prioratuum:& aliorum beneficioꝝ ſuoꝝ eccleſiaſticoꝝ:ſecularium:& regularium:quæ in titulum:vel cōmendā:ſeu adminiſtrationem:aut etiam:vt aliis vnita obtinebant:& impoſterum obtinerent:cōmuniter:vel diuiſim:pertinentibus: extra Rom. Curiā:pro tpe vacaturis:per ſe:vel alios:libere di

ſponere poſſent:perinde ac ſi grę Expectatiuæ: aut ſpeciales:vel generales reſeruationes:& aliæ conceſſiones: a Sanct. ſua:& ſede Apoſt.nō emanaſſent:ſeu impoſterꝫ nō emanarent;& ſi illa:in dicta Curia vacarent:in expeditione literarꝫ ſuæ Sanct.ſuper prouiſione dictorꝫ beneficiorꝫ:vel mandatis,de prouidendo,ſeu aliis diſpoſitionibus eorundē Cardinaliū,tam præſentium,quā de licētia ſuæ Sanct. abſentium,a dicta curia,expreſſus accederet aſſenſus:Alioquin prouiſiones, & mandata ,ac aliæ diſpoſitiones huiuſmodi non valerent; Modificādo voluit,ſtatuit,decreuit,& ordinauit,ꝙ dicta Indulta,debeāt obſtare dictis expectantibus,ſolum quo ad beneficia,de quibus ipſi Card. diſponere poſſint pro tpe ,ratione eccleſiarꝫ,q̄s ſex Epi Card.ac p̄ſbyteri,ratione tituli;& Diaconi,ratione Diaconiæ ſui Cardinalatus, de quibus intitulātur,& intitulabūtur pro tpe,ac Cardinales in Ro. Curia p̄ſentes,ēt ratiōe vnius Eccleſię Patriarchalis,Metropolitañ.vel alterius Cathedralis,cui ipſi Card.ex cōceſſione,& diſpoſitione Apoſtolica,vt Epiſcop.vel adminiſtratores,ſeu Cōmendatarii p̄ſunt,vel pro tpe præfuerint,etiam nomine tantum,reſeruata ſibi libera adminiſtratione,& beneficiorꝫ collatione,& diſpoſitione,ac ēt ratione vnius Monaſterii duntaxat,quod in titulum,vel Cōmendā,aut adminiſtrationem,aūt ēt, vt vnitum obtinent:ēt ſi illius poſſeſſionem non haberent,ſeu obtinebunt,quo vero ad illosCardinales p̄ſentes,qui pluribus aliis Eccleſiis,& Monaſteriis prēſunt,& in futurū p̄erunt ratione illius eccleſiæ;& Monaſterii,quam,& quod,ipſi Cardinales de p̄ſenti:plures Eccleſias & plura Monaſte

neſcalcum,vel Cuſtodē deſcribendā,nunc,& pro tēpore exiſtenti S.R.E.Vicecancellario, vel eius in dicta Cancellaria Locūtenenti,ſeu Regenti,tranſmiſerint: & ſi nō elegerint,& electiōnē huiuſmodi non tranſmiſerint, vt pfertur,collatione beneficiorum,ratione omniū Eccleſiarum,& Monaſteriorum careant.In reliquis aūt, in quibus dicti expectantes impēdirētur,vel impediri poſſent, per huiuſmodi Indulta,eorūdem Cardinaliū,quominus beneficia eccleſiaſtica,ſub eorum gratiis Expectatiuis,eis pro tēpore cōceſſis,cōpræhenſa,acceptare:& de iis ſibi prouideri facere poſſint:Indulta pdicta,prefatis Cardinalibus, ēt cum Motus proprii,& certæ ſcientiæ,ac plenitudine poteſtatis,ac quibuſuis aliis clauſulis efficacioribus conceſſa,reuocauit,caſſauit,& annullauit,illis als, quo ad reliqua in eiſdem Indultis contenta, in ſuo robore permanſuris:ac irritū,& inane decreuit, quicquid illorum ptextu,poſt dictum menſem,vt præfertur,cōputandum ſcienter vel ignoranter,contigerit attentari.

¶Moderatio Indultorum Cardinalium ad ſex mēſes.

Item,voluit,ſtatuit,& ordinauit,qđ S.R.E. Cardinales, a Ro.Curia abſentes:gratiis Expectatiuis,per eandā Sanctitatem ſuam conceſſis & concedendis, durantibus taxat,habeant ſex anni alternatos menſes,videlicet, Februarium,Aprilem,Iuniū,Aug.ſtū,Octobrē,& Decēb. in quibus eorum indultis,& conceſſionibus,in præiudiciū expectantium Apoſtolicorum,quomodolibet vti, frui, & gaudere poſſint:& qđ in aliis ſex eiuſdem anni alternatis videlicet,Ianuarii,Martii,Maii,Iunii,Iulii,Septembris,& Nouembris menſibus,eorum Indulta & cōceſſiones,huiuſmodi,nullatenus eis in ipſorum expectantium pīudicium, ſuffragentur,aut ſuffragari poſſint:illa & illas cū omnibus in eis cōtentis,clauſulis & decretis, ēt irritantibus, eorūmq;, & earum affectum,quo ad hoc ſuſpendendo. Et qđ eiſdem Cardinalibus a dicta Curia abſentibus, pro tpe

cōceſſum indultū pſentialitatis,& quo ad effectū vtendi, & fruendi dictis eorꝫ indultis & conceſſionibus,pro pſentibus in ipſa,Curia habeantur,nullatenus eis ſuffragentur,aut ſuffagari poſſint,eorꝫ abſentia durante.Quodqꝫ quamprimum Cardinales abſentes huiuſmodi,in Curia cōſtituti fuerint:infra octo dies ex tunc proxime ſequētes,prout dicti Cardinales in dicta Curia iam pſentes,ex forma ſuprascriptæ Conſtitutionis tenentur electionē in eadem cōſtitutione expſſam,& ipſius electionis cedulam trāſmittere:teneatur,modo & forma,in illis expſſis Alioquin ex tunc,huiuſmodi Indulta, & conceſſiones: reuocationi,caſſationi,& annulationi,in ipſa cōſtitutione expſſis,ſubiacerent eo ipſo:Decernēs irritū, & inane

ℂQuod nullæ aliæ progatiuæ ſuffragentur,niſi tantum conceſſæ expectantibus.

ℂItem, ſtatuit,voluit,& ordinauit quod nulli expectāti apoſtolico vigore cuiuſuis gratiæ expectatiuæ ſibi per Sanct.ſuam pro tpe conceſſę in aſſecutione beneficiorꝫ eccleſiaſticorꝫ quæ vigore conceſſę ſibi pro tpe gratiæ expectatiuæ hmōi duxerit acceptanda & de quibus ſibi prouideri,ſeu cōmenda fieri obtinuerit & ſuper quibus iuxta prædictas cōſtitutiones alias diligentias ſuas fecerit aliqua priuilegia ſeu antelationū progatiuæ ēt contemplatione Collegii ſeu Collegiorꝫ de quorꝫ numero exiſtat,per Sact.ſuam & Rom. Pont. prędeceſſores ſuos conceſſa,quolibet ſuffragentur pterquā priuilegia ſeu antelationes progatiuę expectantibus aplicis per dictā ſuam deſuper vt pfertur editam cōſtitutionem ex ipſius

conceſſi beneficium generaliter reſeruatum aut ex gene rali apoſtolica reſeruatione affectum et ſi alias ſub expe ctatiua ſibi conceſſa et,vigore priuilegii,officialibus ſuę Sanct. conceſſi,comprehendi videretur aut deberet, ac ceptare & de illis ſibi prouideri facere poſſit. Sicq; per quoſcūq; iudices iudicari debere:ac irritū,&c. decreuit.

Placet publicetur & deſcribatur.I.

¶Lecta & publicatę fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ con ſtitutiones & ordinationes Romæ in Cancellaria Apo ſtolica,Anno incarnationis Dominicæ M. D. LII. die vero Sabbati Nona menſis Ianuarii. Pōt. prælibati Sāctiſſimi in Chriſto patris & D. N. D. Iulii diuina pro uidentia,Papa .I I I. Anno Secundo.

A. Lomellinus cuſtos.